

Bus tactis scripturis & Jurarunt & Personaliter comparuerunt coram
Per Illustre, et Admodum Reverendo Domino Joanne Paulo Tassono de Massignano ad

Presens Plebano, et Vicario foraneo dicti loci, nec non ad interponen-
Dum decreta in contractibus voluntarijs Mulierum, et Mino-

Rum Judice Deputato in Synodo ultimo emanata Firmi, ad quam &
Pro Tribunali sedente in quodam scabello ligneo posito in

Loco infrascripto inferius dicendo, quem locum ad hunc actum
Tantum pro suo Juridico, et Tribunali elegit, et deputavit, meque

Notario, ac Testibus & coram quo sic sedente, dicti Antonia, et
Nicolaus (mediante me Notario) breviter exposuerunt, quod

Annis elapsis ipsi Antonia, et Donatus Coniuges ad annum,
et perpetuum censum accepissent scuta viginti quinque

monete à Venerabili Societate Sanctissimi Sacramenti eiusdem loci ad
rationem octo pro centenario, et anno, illaque fundassent super

eorum bonis, ut in Instrumento rogato per quondam Dominum Silvestrum Polidorum
Notarium publicum, ad quod & Et quia de eis sunt decursa

Scuta quinque S.J. pro annuis fructibus non solutis, Ideò
Pro illis veniunt molestati, et expensis gravati ; Et non haben-
Tes alium modum illa solvendi, causa parcendi dictas expen-

Sas, et extinguendi dictum censum, deliberaverunt una simul, et
In solidum cum fideiussione etiam dicti Donati eorum Viri

Et Patris ad annum, et perpetuum Censum accipere maio-
Rem summam dictorum scutorum viginti quinque, et factis mul-

tis, diversisque diligentijs illam inveniendi, tandem aliquando
invenerunt Reverendum Dominum Cesarem Joannectum Asculanum

Rectorem Simplicis Beneficij Sancti Angeli erecti in Eccle-
sia Divi Augustini huius loci Massignani tradere volentem

Scuta quadraginta octo propria dicti Beneficij ad rationem

Sex pro centenario, et anno ad tenorem ordinis Illustrissimi, et Reverendissimi Domini